

petentiam Inhabito aliquorum Ordinum regularium approbationem extorfit, verum etiam nonnullorum praesumptuosa temeritas diversorum Ordinum, praecipue mendicantium nondum approbatorum erroribus quasi multitudine adinvenit. Quibus plene cognitis, ut malo statim occurreret Gregorius PP. X. in Gener. Concilio Lugdunensi renovata Constitutione ipsius Innocentii III. Districtius Inhibuit, ne aliquis de cetero novum Ordinem, aut Religionem adinveniat. Cunctis vero generaliter Religiones, & Ordines mendicantes post Concilium Lateranense IV. adinventos, qui nullam confirmationem sedis Apostolicae meruerunt, perpetuo prohibita. Hicemque Vestigiis secundum temporum circumstantias inhaeserunt alii Romani Pontifices. Inter ceteros vero.

1) „ S. Pius V. cujus insignem sanctitatem pie colit, & veneratur Ecclesia Catholica, Ordinem Regularem Fratrum Humiliatorum Concilio Lateranensi anteriore, approbatumque a felicia recordationis Innocentio III. Honorio III. Gregorio IV. & Nicolao V. Romanis Pontificibus, ob inobedientiam decretis Apostolicis, discordias domesticas, & externas exortas, nullum omnino futurae virtutis specimen ostendentem, & ex eo, quia aliqui ejusdem Ordinis in nocem S. Caroli S. R. R. Cardinalis Borromei, Protectoris ac Visitoris Apostolici dicti Ordinis scelerate conspiraverint, extinxit, ac penitus abolevit. “

2) „ Recondensae memoriae Urbani Papa VIII. per suas in forma Brevis die 6. Febr. 1626. expeditas Litteras Congregationem Fratrum Coenobialium Reformatam a saeculo mem. Sixto PP. V. solenniter approbatam, & pluribus beneficiis, ac favoribus sectam, ex eo, quia ex praedictis Fratribus in Ecclesia Dei spirituales fructus non prodierunt, imo quam plene differentiae inter eodem Fratres Coenobiales Reformatos, ac Fratres Coenobiales non Reformatos ortas fuerint, perpetuo suppedit, ac extinxit, Deinceps, Coenobium, Lo-

ca, suppellectilem, Bonas, res, actiones & jura ad praedictam Congregationem spectantia Ordini Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium concessit, & assignavit, exceptis tantum domo Neapolitana, & domo S. Antonii de Padua nuncupata de Urbe, quam postremam Camerae Apostolicae applicavit, & incorporavit, suseque, suorumque successorum dispositioni reservavit: Fratibus denique praedictae suppressae Congregationis ad Fratres S. Franc. Capucinos, seu de observantia nuncupatos transitum permisit. "

3) „ Idem Urbanus Papa VIII. per alias suas in pari forma Brevis die 2. Dec. 1643. expeditas litteras *Ordinem Regularem SS. Ambrosii & Barnabae ad Novas* perpetuo suppressit, existit & abolevit, subjecitque Regulares praedicti suppressi Ordinis jurisdictioni & correctioni Ordinariorum locorum praedictisque Regularibus licentiam concessit se transferendi ad alios Ordines Regulares ab Apostolica sede approbatos. Quam suppressionem rec. memoriae Innocentius Papa X. solemniter per suas sub plumbo Kal. Apr. A. I. D. 1645. expeditas litteras confirmavit; & insuper beneficia, Domus & Monasteria praedicti Ordinis, quae antea regularia erant, ad secularitatem reduxit, ac in posterum secularia fore, & esse declaravit. "

4) „ Idem Innocentius X. per suas in simili forma Brevis die 16. Martii 1645. ob graves perturbationes excitatas inter *Regulares Ord. Pauperum Mariae Dei Scholarum Pium*, etiam Ordo ille praevio maturo examine a Gregorio PP. XV. solemniter approbatus fuerit, praestatum Regularem Ordinem in simplicem Congregationis Presbyterorum secularium Oratorii in Ecclesia S. Mariae in Vallibus de Urbe S. P. Philippi Neri nuncupatae reduxit: Regularibus praedicti Ordinis sic reducti transitum per quamcunque Religionem approbatam concessit: admissionem Novitiorum, & amissionem professionem interdixit: superioritatem denique, & jurisdictionem, quae penes Ministrum Genera-

lem, Visitatores, aliosque superiores residebat, in Ordinarios locorum totaliter transtulit: quas omnia per aliquot annos consecuta sunt effectum, donec tandem Sedes hæc Apostolica, cognita prædicti Instituti utilitate, illum ad pristinum votorum solemni formam revocavit, ac in perfectum regularem Ordinem redegit: "

5) „ Per similes suas in pari forma Brevis die 29. Oct. 1650. expeditas litteras idem Innocentius X. ob discordias quoque & dissensiones exortas suppressit totaliter Ordinem *S. Basilii de Armenis*: Regulares prædicti suppressi Ordinis omni modo jurisdictioni & obedientiæ Ordinariorum locorum subiecit in habitu Clericorum secularium, assignata illis congrua sustentatione ex redditibus Conventuum suppressorum: illisque etiam facultatem transeundi ad quamcunque Religionem approbatam concessit. "

6) „ Pariter ipse Innocentius X. per alias suas in dicta forma Brevis die 22. Jun. 1651. expeditas litteras, attendens nullos spirituales fructus ex *Regulari Congregatione Presbyterorum Boni Juv* in Ecclesia sperari posse, præfaram Congregationem perpetuo exstinxit, Regulares prædictos jurisdictioni Ordinariorum locorum subiecit, assignata eis congrua sustentatione ex redditibus suppressæ Congregationis, & cum facultate transeundi ad quemlibet Ordinem Regularem approbatum a sede Apostolica; itaque arbitrio reservavit applicationem Bonorum prædictæ Congregationis in alios pios usus "

7) 8) 9) „ Denique fel. record. Clemens PP. IX. cum animadverteret tres *Regulares Ordines*, *Canonicorum* videlicet *Regularium S. Georgii in Alga* nuncupatorum, *Hieronymianorum de Fesulis* ac tandem *Juvatorum a S. Joanne Columbano* Benis anno 1367. Institutorum parum, vel nihil utilitatis & commodi Christiano populo afferre, aut sperare posse eos esse aliquando allaturos, de his supprimendis, extinguendisque consilium cepit,

Idque perfecit suis Litteris in simili forma Brevis die 6. Dec. 1668. expeditis; eorumque Bona, & redditus satis conspicuos, Venetorum Rep. postulante, in eos sumtus impendi voluit, qui ad Cretense bellum adversus Turcas sustentandum erant necessario subeundi.

10) His, aliisque maximi apud omnes ponderis, & auctoritatis exemplis sibi ante oculos propositis Clemens PP. XIV, nihil diligentiae omisit & inquisitionis, ut quidquid ad *Regularis Ordinis, qui Societatis JESU* vulgo dicitur originem pertinet, progressum, hodiernumque statum perscrutaretur, & compertum inde habuit eum ad animarum salutem, ad haereticorum, & maxime infidelium conversionem, ad majus denique pietatis & religionis incrementum a S. suo Conditor Ignatio de Loyola fuisse institutum. Probata primum fuit eadem Societas Jesu a Paulo PP. III. C. Kal. Oct. 1540. qui eam angustissimis 60. duntaxat alumnorum limitibus ab initio circumscripsit, sed dein prid. Kal. Mart. 1543. locum dedit omnibus, quos in eam excipere visum fuisset. Anno deinde 1549. 15. Nov. amplissimis privilegiis eandem donavit, ac praeterea societatem ipsam, & universos illius socios & personas, illorumque bona quaecunque, ab omni superioritate, jurisdictione, correctione quorumcumque ordinariorum exemit, & vindicavit, ac sub sua, & Apostolicae sedis protectione suscepit. Haud minor fuit reliquorum RR. PP. eandem erga Societatem liberalitas ac munificentia, constat enim a rec. mem. Julio III. Paulo IV. Pio IV. & V. Gregorio XIII. Sixto V. Gregorio XIV. Clemente VIII. Paulo V. Leone XI. Gregorio XIV. Urbano VIII. aliisque RR. PP. Privilegia eidem Societati jam antea tributa, vel confirmata fuisse, vel novis aucta accessionibus, vel spectatissima declarata. Ex ipso tamen Apostolicarum Constitutionum tenore palam colligitur eadem in societate suo fere ab initio varia dissidiorum ac seminationum semina pal-

lulasse, ipsos non modo inter socios, verum etiam cum aliis Regularibus Ordinibus, Clero seculari, Academicis, Universitatibus, publicis litterarum Gymnasiis, & cum ipsis etiam Principibus, quorum in ditionibus societas fuerat excepta, eademque contentiones & dissidia excitata modo fuisse de votorum indole ac natura, de temporibus admittendorum sociorum ad vota, de facultate socios expellendi, de iisdem sociis ad sacros ordines promovendis sine congruo, ac sine votis solennibus contra Concilii Tridentini, ac s. memorie Pii PP. V. Decreta, modo de absoluta potestate, quam Praepositus Generalis ejusdem societatis sibi vindicabat, ac de aliis rebus ipsius societatis Regimen spectantibus; modo de variis doctrinae capitibus, de scholis, de exemptionibus, & privilegiis, quae Locorum Ordinarii, aliaeque personae in Ecclesiastica vel seculari dignitate constitutae suae noxia esse jurisdictioni ac juribus contendebant; ac demum minime defuerunt gravissimae accusationes eidem sociis obiectae, quae Christianae Reip. pacem, ac tranquillitatem non parum perturbarent; quae nonnullorum etiam Principum auctoritate munitae ad Paulum IV. Pium V. & Sixtum V. delatae fuerunt. In his fuit Philippus II. Hispaniarum Rex Catholicus, qui gravissimas rationes adversus immoderata societatis Privilegia & Regiminis formam Sixto V. exposuit, hic vero summa est inquit aequitate animadvertens Apostolicam visitationem instituit, quae tamen eo mortuo evanuit. Quin imo Gregorius PP. XIV. IV. Kal. Jul. 1591. Societatis Institutum amplissime iterum approbavit, ac firma ejus privilegia haberi jussit, praeter caeteris, in dimittendis pro arbitrio sociis; altissimum insuper silentium imposuit, ne quis sub poena excommunicationis latae sententiae Institutum ejus impugnaret. Tantum vero est, ut haec omnia satis fuerint competentibus adversus Societatem clamoribus, & querelis, quin potius magis, magisque universum fere

Idque perfecit suis Litteris in simili forma Brevis die 6. Dec. 1668. expeditis; eorumque Bonus, & redditus satis conspicuos, Venetorum Rep. postulante, in eos sumtus impendi voluit, qui ad Cretense bellum adversus Turcas sustentandam erant necessario subeundi.

10) His, aliisque maximi apud omnes ponderis, & auctoritatis exemplis sibi ante oculos propositis Clemens PP. XIV, nihil diligentiae omisit & inquisitionis, ut quidquid ad *Regalis Ordinis, qui Societatis JESU* vulgo dicitur, originem pertinet, progressum, hodiernumque statum perscrutaretur, & compertum inde habuit eam ad animarum salutem, ad haereticorum, & maxime infidelium conversionem, ad majus denique pietatis & religionis incrementum a S. suo Conditoro Ignatio de Loyola fuisse institutum. Probata primum fuit eadem Societas Jesu a Paulo PP. III. C. Kal. Oct. 1540. qui eam angustissimis 60. duntaxat alumnorum limitibus ab initio circumscripsit, sed dein Prid. Kal. Mart. 1543. locum dedit omnibus, quos in eam excipere visum fuisset. Anno deinde 1549. 15. Nov. amplissimis privilegiis eandem donavit, ac praeterea societatem ipsam, & universos illius socios & personas, illorumque bona quaecunque, ab omni superioritate, jurisdictione, correctione quorumcunque ordinariorum exempt, & vindicavit, ac sub sua, & Apostolicae sedis protectione suscepit. Haud minor fuit reliquorum RR. PP. eandem erga Societatem liberalitas ac munificentia, constat enim a rec. mem. Julio III. Paulo IV. Pio IV. & V. Gregorio XIII. Sixto V. Gregorio XIV. Clemente VIII. Paulo V. Leone XI. Gregorio XIV. Urbano VIII. aliisque RR. PP. Privilegia eidem Societati jam antea tributa, vel confirmata fuisse, vel novis aucta accessionibus, vel aperte declarata. Ex ipso tamen Apostolicarum Constitutionum tenore patet colligitur eadem in societate suo fere ab initio varia dissidiorum ac semulationum semina pal-

lulasse, ipsos non modo inter socios, verum etiam cum aliis Regularibus, Ordinibus, Clero seculari, Academiis, Universitatibus, publicis litterarum Gymnasiis, & cum ipsis etiam Principibus, quorum in ditionibus societas fuerat excepta, eisdemque contentiones & dissidia excitata modo fuisse de votorum indole ac natura, de tempore admittendorum sociorum ad vota, de facultate socios expellendi, de iisdem sociis ad sacros ordines promovendis sine congruo, ac sine votis solennibus contra Concilii Tridentini, ac s. memorie Pii PP. V. Decreta, modo de absoluta potestate, quam Praepositus Generalis ejusdem societatis sibi vindicabat, ac de aliis rebus ipsius societatis Regimen spectantibus; modo de variis doctrinae capitibus, de scholis, de exemptionibus, & privilegiis, quae Locorum Ordinarii, aliaeque personae in Ecclesiastica vel seculari dignitate constitutae suae nexa esse jurisdictioni ac iuribus contendebant; ac demum minime defuerunt gravissimae accusationes eisdem sociis obiectae, quae Christianae Resp. pacem, ac tranquillitatem non parum perturbarunt; quae nonnullorum etiam Principum auctoritate multae ad Paulum IV. Pium V. & Sixtum V. delatae fuerunt. In his fuit Philippus II. Hispaniarum Rex Catholicus, qui gravissimas rationes adversus immoderata societatis Privilegia & Regimini formam Sixto V. exposuit, hic vero summa est invidi sequitate animadvertens Apostolicam visitationem instituit, quae tamen eo mortuo evanuit. Quin imo Gregorius PP. XIV. IV. Kal. Jul. 1591. Societatis Institutum amplissime iterum approbavit, ac firma ejus privilegia haberi jussit, praes caeteris, in dimittendis pro arbitrio sociis; altissimum insuper silentium imposuit, ne quis sub poena excommunicationis latae sententiae Institutum ejus impugnaret. Tantum vero adest, ut haec omnia satis fuerint compensanda adversus Societatem clamoribus, & querelis, quin potius magis, magisque universum fere

orbem pervaserunt molestissimae conturbationes de societatis doctrina, quam fidei velut orthodoxae, bonisque moribus repugnantem plurimi traxerunt; domesticae etiam, externaeque efferverunt dissensionibus & frequentiores factae sunt in eam de nimis potissimum terrenorum bonorum cupiditate accusationes, ex quibus suam habuerunt originem tum perturbationes illae omnibus satis cognitae, quae sedem Apostolicam ingenti maerore affecerunt ac molestita, tum cepta a Principibus nonnullis in societatem consilia, ut adeo ipsi, conditum in Generali Congregatione decretum, quo interdictum est sociis, *ut se publicis negotiis etiam iurati & affecti, ulla ratione immiscerant.* Frid. Non. Sept. 1606. a Paulo V. confirmari expetierit. Sed haec, aliaque complura deinceps adhibita remedia nihil ferre virtutis praeseferebant & auctoritatis ad tot, ac tantas evellendas, dissipandasque turbas, accusationes & querimonias in societatem, frustra ad id laborarunt Urbanus VIII. Clemens IX. X. XI. & XII. Alexander VII. & VIII. Innocentius X. XI. XII. & XIII. & Benedictus XIV. qui optatissimam consilii sunt Ecclesiae restituere tranquillitatem plurimis saluberrimis editis Constitutionibus; iam circa seculari negotiis, sive extra sacras Missiones, sive eorum occasione minima exercenda; quam circa dissidia gravissima, ac iurgia adversus Locorum Ordinarios, Regulares Ordines, loca pia, atque communitates cujusvis generis in Europa, Asia & America non sine ingenti animarum ruina, ac populorum admiratione a societate scilicet excitata, tum etiam super interpretatione & praxi Ethnicorum quorundam rituum aliquibus in locis passim adhibitis, omittis illis, qui ob universali Ecclesiae sunt rite probati, vel super eorum sententiarum usu, & interpretatione, quas Apostolica sedes tamquam scandalosis, optimaque morum Disciplinae manifeste noxias merito proscripsit vel aliis demum super rebus maximi equidem momenti ad Christianorum Dogmatum puritatem la-



tem, tectamque servandam, apprime necessariis, & ex quibus nostra hac non minus, quam superiori aetate plurime dimanarunt detrimenta & Incommoda; perturbationes nimirum ac tumultus in nonnullis Catholicis Regionibus, Ecclesiae persecutio- nes in quibusdam Asiae & Europae Provinciis, ut adeo Innocentius XI. necessitate compulsus so- cietati interdixit Novitios ad habitum admittere, & Innocentius XIII. eandem poenam coactus fue- rit eidem comminari, ac tandem Benedictus XIV. visitationem domorum in ditionibus Lusitaniae Re- gis existentium decreverit. Sed omnibus his tem- pestatibus nullum allatum est malo remedium, quin imo suchis querelis eo discriminis res perducta est, ut sub Clemente XIII. praecipui alias societatis Patroni, Reges videlicet Francorum, Hispanie- rum, Lusitaniae ac utriusque Siciliae suis ex di- ctionibus socios coacti fuerint expellere. Cum ve- ro experientia constaret vix aliquam fuisse Provin- ciam, ex qua non aliquando, subinde iteratis etiam vicibus eadem societas eliminata non fuisset, suc- cessive tamen eam captata occasione iterum non subintrasset, ratum habentes remedium hoc firmum esse non posse, nisi societas ipsa prorsus extin- gueretur, & ex integro supprimeretur, id ipsum a Clemente XIII. conjunctis votis exposularunt, sed ejus obitus rei cursum, exitumque prorsus im- pedivit. Tandem ejusdem successori Clementi XIV. eadem precibus oblatae sunt, quibus suam quoque addiderunt animi sententiam Episcopi complures, alique Viri dignitate, doctrina, Religione pluri- mum conspicui. Hic itaque re bene pensata, cum praeterea salmadveneret praedictam Societa- tem Jesu uberrimos illos fructus & utilitates affer- re amplius non posse, ad quos instituta fuit, imo fieri vix, aut nullo modo posse, ut ea incolumis momento vera pax Ecclesiae restitueret: his pro- pterea gravissimis adductis causis, aliisque pressis rationibus, quas & prudentiae leges, & optimum universalis Ecclesiae Regimini illi appellarunt;

altaque mente repositas servavit, vestigiis Inhaerens Praedecessorum suorum, maturo consilio, ex certa scientia & plenitudine potestatis Apostolicae saepedictam societatem exstinxit & suppressit, litteris suis in forma Brevis expeditis Romae 21. Julii 1773. "

II) Addi his sacris virorum contubernis potest & ordo mulierum Monialium JESUITISSIMARUM saeculo XVI. ab Elisabetha Rosella institutus, quae se in omnibus Jesuitis conformare studuerunt, cum vero inter eas varii disorders emerissent, Urbanus VIII. PP. ordinem quidem dissolverat, domus tamen illarum nonnullas delaceps etiam aliquo tempore persisterant.

Reflexione omnino dignum est, siue casu, seu divino, aut humano consilio id factum sit, quatuor, adeoque plerosque Ordines regulares, qui a SS. nomine JESU nuncupari voluerant, sublato jam, quin & eum, qui nostra setate Nazareni nomen usurpare coeperat, adversis satis fere in herba suffocatum esse. Inter Ordines Equestres videbimus non meliorem sortem illis obtigisse, qui ab eodem nomine appellationem nacti fuerant.

## *II. Ordines Equestres, qui olim floruerunt, & jam esse desierunt.*

Ordinum Equestrium varia sunt genera; quidam enim tantum virorum, quidam feminarum tantum, sed a similitudine improprie solum, quidam & virorum & mulierum classes continent: Alii rursus militares, alii civiles solum sunt; alii secularibus tantum, alii sacerdotibus proprii, alii utrisque communes, universim fere Ordinum classe omnes personae censentur, quae signum aliquod externum gerunt illi corpori commune, cui adscripti sunt. Primis saeculis, quibus erigendorum Ordinum mos invaluit, plerique militares erant, votis tamen religiosis adstricti & propriis sacerdotibus provisi, successu temporis favor Principum etiam

ad personas civiles translatus est, ut externo aliquo honoris signo ab aliis distinguerentur postremo idem vel pietas vel ambitio plane ad feminas, quae monasteriis alloqui haud includerentur, extendit. Quousque his Institutis communi societatis civilis nexu oportuna consultum sit, definire nolim, noxios tamen illi talismodi Ordines, uti etiam optima quaeque degenerare possunt, subinde evasisse, vel exemplo sequentium nonnullorum patet.

1) Ordo Equitum ab *Agno Dei* fundatus erat a *Josae* dicto *Bono* scotorum Rege circa annum 1560., cui deinde Religionis conversio finem fecit.

2) O. E. ab *Ala S. Michaelis Archangeli* fundatus erat ante annum 1171. ab Alfonso I. Lusitaniae Rege in memoriam insignis victoriae, ope, ut credebatur S. Mich. Archangeli de Mauris reportatae. Vivebant Equites ad regulam Cisterciensium. Pro Insigni gerebant alam Angeli purpurei coloris radiis cornuscantem. Cum vero contra Mauros praecipue instituti fuerint, his penitus relictis ipsi quoque esse desierunt.

3) Ordo S. *Ampullae* institutus fuerat in memoriam illius ampullae quam anno 499. oleo repletam pro baptismo Clodovei I. Franciae Regis, columba de coelo Rhemis detulisse credebatur. Signum Ordinis fuerat Crux aurea encausso argenti ornata, ex qua columba rostro ampullam tenens dependebat.

4) O. E. *Auroris Proximi* fundatus erat anno 1708. ab Elisabetha Imperatrice vidua Caroli III. Hispaniarum Regis ante suam Vienna discessum. Membra ejus gerebant in pectore crucem auream sine encausso e ligula rubra propendentem cum Epigrapha *auris proximi*. Tam Viri, quam mulieres nobiliores in eum recipiebantur, mox tamen in alium mutatus est ordinem.

5) O. E. *Asani savi* quem Fridericus II. Comes Palatinus ad Rhenum pro temperantia in bibacitate Nemetum fundaverat.

6) Equites *S. Antonii* in Aethiopia consentur circa annum 1370. fundati fuisse juxta regulam S. Basilii sub patrocinio S. Antonii & dispositione Romani Pontificis caerulea cruce in nigro p. illo insigniti. Alii tamen existimant eos cum Hospitalibus S. Antonii Abbatiam & Urbiculam cognominem ad Viennam Allobrogum p. Uidentibus & jam ab anno 1005. notis confusos solum esse.

7) Alter O. E. *S. Antonii* in Hannonia una e Provinciis foederati Belgii fundatus erat ab Alberto Bavaro Ludovici Imp. Nepote Hannoniae, Hollandiae ac Selandiae Comite circa annum 1380. cum adversus Turcas expeditionem pararet. Pro Insigni dederat Equitibus Catenam gestivam, quae ad instar Cinguli peregrinorum erat, ex qua similis formae baculus aureus cum catenula dependebat.

8) *Aquilae Societatem* fundaverat Albertus II. Imp. circa annum 1433. Membra illius gestabant auream vel argenteam Aquilam expansis alis unguibus schedulam tenentem cum Inscriptione: *Acte 1433.*

9) Ordo *Aquilae candidae*, seu *Distipinas* ab Archiducibus Austriae institutus, ut Religionis causa belligeraret. Insigne illius erat Aquila candida, quae super veste portabatur.

10. Ordo *Arquestratus* a Carolo III. Neapolitane Rege anno 1382. eo fine fundatus, ut compositis inter Nobiles simulatibus Navigatio & Commercium maritimum promoveretur, habebat pro Insigni naviculam in fluctibus constitutam cum Epigrapha: *non calce tempore.*

11) *Aurea Societas* instituta fuerat a Christiano I. Electore & Duce Saxoniae circa annum 1590. quo sibi Nobilitatem maiori fidelitate devinciret. Pro Insigni gerebant ejus membra ex catena aurea dependens aureum Cleodiam cujus utraque la-

terii rubram pellucidam cor. sagitta & gladio per  
crucem transfixam adhaerebat, horum uni Fides  
personata dextra crucifixum cum Calice & Lem-  
nate; Virtutis amor tenens, superius fidelitas id-  
dem personata cum rubro corculo & hujus Epi-  
grapha: *F. S. V. Fide ad vide* quod erat ipsius  
Electoris symbolum; alteri Constantia pariter per-  
sonata cum suo symbolo Anchorae insisteret, &  
Epigrapha habebat: *Qui perseveraverit usque ad  
finem, salvus erit.*

12) O. R. *Bindae* seu *Fasciae rubrae* vulgo de  
*Co Bena* fundatus ab Alfonso XI. Arragoniae &  
Castellae Rege circa annum 1420. pro illis, qui  
50. annis penes Alanum vel contra Mauros servie-  
bant, nec enim nisi flos Juventutis & Nobilitatis  
habeiebatur. Gerebant rubram Fasciam a sinistro  
omero dextram versus dependentem, & strictas  
Omnia servabant regulas; depulsis tamen Mauris  
ordo evanuit. Alii Ordinis initia ad an. 1330.  
referunt.

13) Equites *S. Blasii* floruerunt in Hispania  
sub Regibus e domo Lusignana habitu caeruleo &  
Cruce aurea in pectore insigniti.

14) Fraternitas contra *Blephemias* & execra-  
tiones anno 1500. a Friderico Wilhelmo & Joane  
Saxoniae Ducibus Weimariae instituta, cujus  
sodales Numisma grossum aureum hoc sine culam  
& collo gestabant.

15) O. M. *Briciarum* seu *S. Brigittae* in  
subditiis pauperum, viduarum, Orphanorum &  
peregrinorum hospitalitatis anno 1396. in Suecia  
instituta crucem caeruleam trigonam cum flamma  
lingua pro signo gerebat. Mutata Religione cas-  
savit.

16) O. R. Signo *Canis & Galli* appellatus a Do-  
ce Carolo de Montmorency in gratiam consortis  
suae Joannae de Roucy institutus, quae suis in Ar-  
mis quatuor Cervos gerebat, ideo & Ordo in  
signum catenam a capibus cervinis connectam ge-

stabat, a qua Numisma figuram canis referens dependebat.

17) *O. E. Cardis* a Ludovico II. Duce Borbonensi vel Burgundiae anno 1370. eodem die, quo nuptiis celebrabat fundatus assumtis 26. Equitibus, qui in aurea e Rhomboidibus complexa catena, in qua vox *Esperance* geminata erat. Iconem B. V. ordinis Protectricis Ovali figurae insertam, radiis solis illustratam, & sub pedibus lunam habentem, ex qua cardus dependebat, pro signo gestarunt.

18) *Ordo auri Cervi* a Georgio Wilhelmo ultimo Silesiae Duce Lignicensi Brigenfi & Wola viensi Principe anno 1672. die 26. Aug. in Theriotrophio prope Brigem occasione institutae Venationis fundatus, cujus socii pro signo folium quercinum ex auro cuspum, quo ex una parte Cervus, ex altera rubrum cor cum alba cruce referebatur, quoties Venatio in praesentiae Ducis vel ejus Vicarii institueretur ex viridi ligula auro intertexta ea lege gestabant, ut illud venationis diebus citra consensum Ducis deponere non liceret.

19) *Ordo Charitatis Christianae* fundatus erat ab Henrico III. Galliarum Rege circa An. 1574. in subsidium pauperum officialium & mutilatarum personarum militarium. Sodales hujus Ordinis gestabant pro signo Crucem anchoratam acu phrygia in alba tela bombycina depictam, caeruleo sericeo fimbriatam, in cujus medio Rhombus, sive corolla ex tela bombycina caerulea cum aureo Lilio efformata erat, & Epigraphen: *pour avoir bien servi* habebat. Successu temporis conversa est hoc fundatio in Nosocomium suburbii Parisiensis Marcal dicti, hodieque sub titulo *de la charité chrétienne* persistens.

10) *Sodalitas S. Christophori* seu *Ordo Temperantiae* fundatus erat a quodam Barone a Dietrichstein circa an. 1517. florebat aliquo tempore in Ducatibus Styriae, Carinthiae & Carnioliae, copiosam nobilitatem utriusque sexus complectens, cu jus

cujus membra iconem S. Christophori publice gestabant, ab omnibus vitiis, cum primis tamen ebrietatis & blasphemiae sub poena primo quidem multae pecunariae deinde autem exclusionis e societate abstinere debebant. Confer cum isto Ord. *arandi auti & Fratruu, contra Blasphemiam.*

21) Ordo *Dominarum de Cingulo* fundatus ab Anna Duca Britanniae minoris Caroli VIII. Galliarum Regis Coniuge, quarum praecipuum signum erat ad instar Franciscanorum funiculo cingi.

22) O. R. *Columbae & Rationis* seu S. Spiritus fundatus a Joanne I. Castiliae Rege Segoviae circa an. 1360. pro Insigni habuit Catenam ex aureis solis radiis constantem, ex qua aurea albo encausto tincta Columba, rubro, terram versus directo rostro dependebat.

23) O. R. *Conceptionis* seu Ducis Nivernensis circa an. 1624. a Ferdinando Mantuae, Carolo Nivernensi Ducibus & Comite Alfonso ab Althin contra Turcas formari caeptus, sed sub ipsis initiis emarcuit.

24) O. R. *Coronae* in Frisia refert initia sua ad Carolum M. & an. 802. a quo Equites, in praemium virtutis contra Saxones tunc adhuc paganos exhibitae Coronam Imperialem acceperint pro signo in pectore gestandam, sed cum Autore desit.

25) O. *Craui* seu *Calvariae* fundatus erat a Sylvio Duca Wurtembergae & Teccae Principe Olenensi & matre illius Sophis Magdalena Duca Lignicensi & Briegensi in perpetuam memoriam communis mortis necessitatis, & exercitium virtutum heroicarum Olenae anno 1652. pro nobilitate utriusque sexus. Pro signo gerebat in manu sinistra Calvariam e ligula nigra. Mox quidem fundatio haec cessaverat, sed anno 1709. a Ludovico Elisab. vidua Philippi Ducis Saxon. Merseburgici Principe Olenensi Neptis primi Fundatoris sub diversis tamen regulis, ac pro solo femineo sexu resuscitata fuit, mutatis etiam Insignibus ita,

et nunc in alba ligula argenteam Calvariam, ex nigra fibula cui voces: *memato woti albo encausto* alligatae sunt, dependentem gestent.

26) O. E. *Crucis Burgundicae* circa an. 1535. a Carolo V. Imp. in memoriam suae contra celebrem Piratam Barbarossa relatae Victoriae occasione sui Tunisi in Barbaria ingressus fondatus. Pro Insignibus dedit Equitibus habitum Heraldicum, quali tunc ipse indutus erat, in quo crux Burgundica seu picta habebatur; infra Insigne pendeat chalibis ignarius ex quo scintillae promicabant, cum Epigraphe; *Barbaria*.

27) O. E. *Cygni* in Brabantia a quodam Sa-lucio Brabone incerto anno & institutus, & desit.

28) O. E. *S. Dominici seu sanctae Militiae* fondatus a S. Dominico contra Albigenses, aliosque sectarios debellandos & ad gremium Ecclesiae Romanae reducendos.

29) O. E. *Draconis devoti* a Sigismundo Imperatore & Rege Hungariae in hoc Regno anno 1417. post Concilium Constantiense in memoriam sectae Hussiticae, ut credebatur cum suo Antesignano suffocatae, quod ipsum Ordinis Insignia indigebant viridis nimirum crux flosculata ex duplici Catena cum interfecto dracone contractis alis dependens. Non multo post penitus exspiravit una cum sibi affine *Crucis viridis* si non idem fuerat.

30) O. E. *Fortuae* Brixiae anno 1000. incerto auctore fundatus floruit usque ad annum 1300.

31) O. E. *Genesiorum* sub titulo *de la Genesio* fundatus erat anno 1695. a Friderico Borussiae Rege, tum adhuc Electore Brandenburgico, quorum Insigne erat Crux aurea caeruleo encausto tineta cui vox *la genesio* transversum bis nigris litteris inscripta erat.

32) O. E. *Genissae floris* a Ludovico XI. Galliarum Rege anno 1234. inter solennia nuptiarum, aut potius Coronationis Reginae Conjugis suae institutus, habebant autem Equites pro signo catenam ex contextis Genissae floribus, & albo en-



causis in corollis efformatis illis, ex qua dependebat crux aurea illata cum Epigraphe: *exaltat humiliter*. Idem receperat & 100. Nobiles pro firma praetoria, quibus gerendam dedit longam togam Heraldicam & breviorum satrapicam argento intextam in cuius antica & postica parte flos genistae acu pictus, ac desuper manus e nubibus porrecta coronam tenens cum Epigraphe: *Deus exaltat humiliter*, visibatur, & hi Equites Armigeri appellati sunt, eo, quod scutigerorum functiones obirent.

33) Equites S. Georgii ab Alexandro VI. P. R. anno 1492. magis pro ornamento, quam praedio Ecclesiae Romanae institutus.

34) Alter O. E. S. Georgii aeque Pontificius a Paulo III. P. R. circa annum 1538. Ravennae fundatus sub ipsis initiis extinctus.

35) Tertius O. E. S. Georgii Genuae institutus a Friderico III. Imp. circa annum 1320. non longiora fata habuit. Denominatus est a S. Georgio hujus Republicae Patrono. Signum illius erat aurea crux rubro encausto inducta ex aurea Cantense dependens, qualis & in manicis ferebatur.

36) Utroque istum vetustior quartus O. E. S. Georgii a Rodolpho Habsburgico an. 1373. fundatus in Austria & Carinthia aliquo tempore florebat.

37) O. E. S. Gerconis fundavit Imp. Fridericus Ahenobarbus in Terra Sancta pro Nobilitate Teutonica concessio illi signo nigrae crucis Lotharingicae super habitu candido.

38) O. E. Gladii in Regno Cypri unus ex vetustissimis pridem jam evanuit. Equites pro signo gerebant albas, nodis gordiis perplexas Zonas, quibus litterae S. & R. alternatim insertae erant, pendente ex illis in figura ovali aurea argenteo gladio & aureo vase cum Epigraphe *Securitas Regni*. Festum solenne habebant Ascensionem Domini, Magnos vero Magistros Reges Ierosolymorum, Cypri & Armeniae; Huic Ordini & Fridericus III.

& Maximilianus I. adscribi voluerunt, quorum posterior ejusdem Constitutiones, alias in arcano habitas suo Itinerario in Terram sanctam inseruit.

39) O. B. *Harpodosis* anno 1388. in tutelam Neapolis, Ladislai adhuc infantis, & Margaritae Caroli III. viduae institutus cum Ludovicus Andegavensis Regnum invasisset.

40) O. B. *Hermelinae* a Francisco I. Armoricae, & Britanniae Minoris Duce anno 1450. institutus. Insigne Ordinis erat Catena aurea a geminis in crucem transversim junctis spicis, ex qua Hermelina cum vocibus *a me vie* dependebat. Catena fertilitatem Regionis, Hermelina constantiam in virtute designabat, siquidem de muro pontico feratur, eum malle comprehendi, quam in fuga loco immundo maculari. Vocatur hic Ordo & *Muris Pontici* & *Spicae* ab Insignibus; alii tamen similem ordinem Ferdinando I. earundem Provinciarum Duci tribuunt sub nomine *Spicae*, *Hermelinae* vel *Russiae Muris Montani* cujus initia ad an. 1516. referunt, ubi solum in anno & fundatore consensionem esse, manifeste apparet.

41) O. B. *Histrice* a Ludovico Duce Aurelianensi an. 1391. occasione baptismi filii sui natu maximi Caroli pro 25. Equitibus fundatus qui e nobilitate praecipua esse debebant. Pro signo illis tribuit pallium a marte hermelina confectum, in quo triplex corona aurea cum triplici aurea Histrice & Epigraphe. *cominus* & *emissus* visebatur. Gerebant & annulum cum Histrice in Achate sculpta, unde & *Achatis* Ordo vocatus est. Alii hujus Ordinis initia ad an. 1433. relata Carolo tribuunt, utriusque sublationem Ludovico XII. Galliarum Regi.

42) O. B. *S. Jacobi* a quodam Floris Hollandiae Comite anno 1260. pro 12. Equitibus institutus, quibus pro signo dedit Concham cum Icone S. Jacobi, a quo velut patrono denominati sunt.

43) O. B. *Jesus Christi* a S. Dominico an. 1208. vel juxta alios 1217. contra Albigenes, seu Waj-

denfes institutos, & a RR. Pontificibus confirma-  
tus, cuius signum erat vestis pulla cum cruce li-  
liata albi, nigrique coloris, quam dein ordine cum  
Albigensibus evanescente eorum reliquæ plerique  
monasticæ vitæ addicti & officium Inquisitionis  
adepti sui in arma retulerunt. Alii mutato Insti-  
tuto adscitis etiam mulieribus *Fratres sororesque de  
penitentia* dicti sunt.

44) O. E. *Jesu Christi* an. 1316. a Joanne  
XII, vel secundum alios an. 1320. a Joanne  
XX. P. R. institutus & a Paulo V. restitutus itidem  
evanuit.

45) O. E. *Jesu & Mariæ* an. 1615. Romæ  
institutus gestabat crucem liliatam caerulei coloris  
cum litteris. J. H. S. nisi idem sit, qui ab aliis  
anno 1606. a Paulo V. vel institutus, vel restitutus  
sui se fertur, certum tamen est, omnes hos extin-  
ctos esse.

46) O. E. *S. Joannis de Hospitali in Jerusa-  
lem Pauperum Jesu Christi* dein *Rhodiensium*, ac po-  
stremo *Melitenensium* dictus, nunc celeberrimus, in  
Uagria pro extincto haberi potest, cum tamen  
olim hic & diu & late floruerit principe domicilio  
Austriacæ habito; sed quot ordines Equestres, &  
cumprimis Regulares pro extinctis habendi essent,  
qui olim apud nos floruerunt & jam emarcuerunt!

47) O. E. *Joannis de Acre* ad Regulam S. Au-  
gustini institutus floruit sub Alfonso sapiente Hispa-  
niæ Rege, dein cum Joannitis Rhodi conjunctus  
gestabat in pullo habitu albam crucem, jam ab ini-  
tio sui ut videtur, non nisi Provincia distinctus  
ab Hospitalariis vel Joannitis.

48) O. E. *S. Joannis & Thomæ* in Syria or-  
tus ab Alexandro IV. P. R. rubram crucem cum  
Iconibus SS. Joannis & Thomæ pro signo accepit.  
Successive Syria per Barbaros occupata in solo  
natali evanuit, quædam nihilominus Equitum reli-  
quias in Lusitania superstites Alfonso sapiens libe-  
raliter dotavit cum facultate matrimonia inveniendi.

49) O. R. *Lunae* circa an. 1388. Ordini Equitum Harpedonis oppositus contra Ladislaum & Margaritam viiuam Caroli III. Ducis Neapolitani, ac creditur a Ludovico Andegavensi in Siciliam inductus.

50) O. R. *Lilii a Sanctio*, aliis *Garsis* VI. ejus patre Arragonise, & Castellae Rege ante annum 1035. contra Mauros institutus in honorem B. M. Virg. cujus imago e lilio creverit. Pro signo lilium ex argento scu pictum in pectore gerebant, solennibus autem diebus e duplici aurea Catena dependens lilium aureum candido encaustico tinctum. Perduravit sesquialtero seculo.

51) Alter O. R. *Lilii S. Mariae* in ejusdem honorem a Ferdinando I. Arragonum Rege an. 1403. ad regulam S. Basilii institutus pro signo habebat auream Catenam e vasculis florum candidis liliiis plenis complexam, ex qua dependebat icon B. M. V. cum infante Jesu, & paulo inferius Gryphus cum Lemmate schedulae inscripto. *serva mensuram* unde & *Ordo Temperantiae* appellatus est, cui & Fridericus II. & Maximilianus I. Imp. adscribi voluerunt.

52) Tertius denique O. R. *Lilii a Paulo III.* P. R. anno 1540. pro 50. personis Viterbil fundatus pro signo gestabat ex una parte iconem B. V. ad Quercum, ex altera lilium caelestis coloris in campo aureo cum Epigraphe *Pauli III. P. M.*

53) O. R. *Lunae crescentis* a Ducibus Andegavensibus, dum Siciliam obtinerent, circa an. 1484. fundatus a Pio II. P. R. sublatus est.

54) Alter O. R. *duplicis lunae crescentis* sive *savis* a Carolo III. Neapolis Rege circa an. 1482. vel secundum alios a S. Ludovico Galliarum Rege in Sicilia anno 1269. occasione trajiciendi exercitus in Africam ad bellum sacrum institutus. Insignia habebat geminas aureas conchas cum gemina argentea semiluna & aureas navicula in figura ovali ex aurea Catena dependentia.

55) O. E. S. *Mariae Bethlemitense* Pius II. P. R. anno 1459. contra Turcas in Insula Lemno instituit, & rubram crucem in albo campo gestare iussit.

56) O. E. B. M. V. *de Mercede Redemptionis Captivorum* a Iacobo I. Arragoniae Rege svasu Raymundi de Penna forti anno 1218. (alii 1218. ponunt) Barcellonae institutus constat, & Equitibus & Monachis, qui posteriores soli adhuc superstites propter communia tria vota Monastica quartum habent eleemosynas colligendi, hisque captivos Christianos a Barbaris redimendi; in suo seipulari gestabant albam crucem in rubro campo. Equites huius Ordinis de la conjunti sunt cum Equitibus Ordinis de Monteza dicti. De Ordine *S. Mariae Lili* jam supra dictum est.

57) O. E. S. *Mariae Magdalense* institutum volebat nobilis quidam Gallo-Britannus postquam ex orientali peregrinatione anno 1614. redisset imprimis ad minuenda inter privatos tum consueti certamina sub signo crucis liliatae cum icona B. Magdalense, sed cum in sua nullam attentionem experiretur, in solitudinem regressus sub nomine *pacifici eremita* vitam terminavit.

58) O. E. *Mensis rotundae* Seculo VI. ut creditur ab Arthuro Rege in Anglia institutus in scotiam quoque, aliasque vicinas Provincias penetravit, inde sic dictus, quod Equites antequam Hastiliis, seu Torneamentis interessent sub commellationibus consultationibusque mensis rotundis accumbere suaverint, ne de prosedria contendissent; uti versis ejus in tempora illa heroica incidit, ita eventus illius non multum Romanensibus dissimiles sunt, mensa tamen illa peculiarem meretur considerationem.

59. O. E. *Militiae Christianae* sub titulo B. V. M. & S. *Michaelis* institutus a Carolo Gonzaga Duce Nivernensi, & Michaele Adolpho Comite ab Althan Generali Campi Marechallo & Comendante Strigoniensi Olomscii in Moravia &

Viennae in Austria die 8. Mart. 1619. in quam non tantum complures Principum Catholicorum, sed mox etiam Ferdinandus Mantuae Dux eo fine recepti sunt, ut inter Principes Christianos concordiam reducerent, & stabilirent, atque Christianos ab Infidelibus interceptos vel oppressos liberarent. Equites ad normam Ordinis Melitensis instituti, & ab Urbano VIII. 1624. confirmati e nobilitate ac statu Ecclesiastico adlegendi erant. Signum ab iis gestandum erat duplex crux, una ex auro, cujus ab uno latere icon B. V. M. cum infante Jesu in ulnis, ex altera S. Michaelis dependeret, quae ex fascia caerulea auro intertexta e collo deferenda erat; crux altera e serico caeruleo & auro texta in medio itidem iconem B. V. cum aureis radiis & 12. stellis circa caput ac dextra sceptrum, sinistra infantem Jesum tenentis ac semilunae insistentis constabat; e quatuor ejusdem crucis angulis totidem flammis radii emicantes esse debebant, ipsaque in sinistro pallii latere gestanda erat. Sed hic quoque Ordo, ut cetera hoc sine tam splendida Instituta evanuit.

60) O. E. *Montefiae* e cineribus Equitum Templariorum circa annum 1319. suscitatus a Jacobo II. Valentiae & Arragoniae Rege ad leges Cisterciensium dictus deinde *Georgianus* & de *Alfama*, postremo de *Calatrava*. Quidam existimant eum adhuc in Hispania superesse, forte sub hoc postremo nomine.

61) O. E. *Montis Gaudii* anno 1180. in subsidium Terrae sanctae ad regulam S. Augustini institutus, rubro habitu & in pectore stella alba pentagona insignitus post occupatas per Sultanos orientis Regionas potiore sui parte extinctus, in residua Ordini de *Calatrava* incorporatus.

62) O. E. *Mastellae Gallie de la Genette* a Carolo Martello circa annum 725. post relatum de Mauris, quorum 70000. caesi sunt memorabilem victoriam institutus, & ab exuviis felis Zibethi devictis Mauris detractis appellatus, omnium de

quo quidem sufficienter constat, primus, ideoque antiquissimus fuisse censetur. Insigne Equitum erant tres aureae rubri encausti rosae interplexae catenae, ex quibus aurea nigro, & rubro encausto tincta musella dependebat in collo Gallicis liliis exornata.

63) O. E. *Nodi* a Ludovico I. Ungariae Rege ejusque Coniuge Joanna I. Neapolis Regina anno 1315. pro 60. primariis Regni Neapolitani personis institutus, habitu candido & nodo auro circumducto insignitus.

64) O. E. *Ocreae* vel potius de Tibialibus vulgo *de la Culra* dictus Venetiis circa an. 1400. inter aliquot nobiles in societatem coalitos ortus, qui sibi electo capite juventutis in rebus bellicis exercendae negotium cordi habuerunt, & pro signo auro, gemmisque distinctam ocream jam in dextro, jam sinistro pede gestarunt.

65) O. E. *Parmae viridis* a Mareschallo de Bouvent vel Boucicault sub Carolo VI. Franciae Rege inclinante seculo XIV. seu circa annum 1382. in Gallia institutus praecipuum scopum habebat honestae conditionis matronas Virginesque in pudicitia custodire, & adversus petulantiam plebis protegere, praesertim eas, quae attritis rebus domesticis egentiores & hujusmodi periculis magis expositae erant. Equites in signum Ordinis & scopi gestabant auream viridi encausto tinctam parmulam in qua icon virginis candido habitu insignis visibatur. Fuerunt olim, & fors neque nostrae defuit aetate Inter Equites nonnulli, qui plane his contrarium confectantur scopum.

66) O. E. *S. Pauli* a Paulo III. P. R. an. 1540. pro 200. personis institutus, quae Camerae Apostolicae 100000. scutatos persolverunt & pro signo lilia Farnesiana obtinuerunt. Habitus Ordinis erat die Pontificiae Coronationis ruber die vero obitus ejusdem lugubris cum brachio ensam tenente.

67) O. R. S. Petri a Leone X. P. R. circa an. 1520. pro defensione litorum institutus & a Paulo III. confirmatus; pro signo gestabat ex uno latere Bullam auream cum imagine S. Petri & Scuto Gentilicio proximo defuncti Pontificis, ex altera Claves, pileusque Pontificius. Tam Ecclesiastici, quam seculares Viri in eum recipi poterant.

68) Equites R. a Pio IV. P. R. circa an. 1559. instituti cum ejusdem morte desierunt.

69) O. R. a Quercu circa an. 722. a Garzia Ximene Rege Navarrae postquam in signum crucis in quercu vidisset contra Mauros institutus & universae Regni Nobilitati collatus fuisse fertur, cujus inspicilis gloriosam de his victoriam retulerit. Habitus Ordinis candidus, & Insigne, crux in apice quercus viridis fuerat cum Epigrapha: *Nec timo milia me circumdantem.*

70) O. R. S. Rosarii a S. Dominico sub Auspicis Rom. Pontif. circa an. 1209. institutus, quodam edronam Mariam recitandi de regula habebat, Insigne vero crucem Liliiformem alba, nigraque distinctam, ac in medio leonem B. V. de Rosario gerebat.

71) O. R. S. Salvatoris circa an. 1118. ab Alfonso I. Arragonise Rege contra Mauros institutus in albo habitu rubram crucem anchoratam pro signo gerebat; expulsis Mauris necessitate illius cessante & ipse florescere desuit, divitibus ejus Comitatibus fisco Regio additis.

72) O. R. Salvatoris Jesu Christi alias Redemptoris dictus a Vincentio Gonzaga VI. Mantuae Duce anno 1608. institutus pro signo habebat aurea Ovalis annulis aureis connexa & encussto summo illita, quibus inserta est Epigrapha: *Domine probati me &c.* & catenè dependebat aliud Ovale geminis Angelos referens, qui auream Crystallo tectam monstrantiam tenent, in qua tres guttae sanguinis Christi representantur, quae Mantuae conservari creduntur, cum Epigrapha: *nihil isto tristerecepto.* Numerus Equitum 20. erant, quorum Magister Dux



ipse fuerat, & festum annum, in Ecclesia Cathedrali Mantuae celebrabat, tunc tamen Ordo jam interit.

73) *Sevras Virtutis* a Eleonora Imperatrice Ferdinandi III, vidua in Aula Caesarea anno 1662 instituta pro signo gerebant humilima cum figura solis setto lauteo, circumdatis & Epigraphie, sola abique triumphat, ex catena aurea dependens e sinistro brachio. Membris nobilitate duntaxat eligenda virtutibus imprimis praedita esse oportebat, virtutumque exercitiis vescere, & Magistrae Ordinis fidei adhaerere. Post obitum cuiusvis Insigne magis magistrae Magistrae remitti debebat, minus haeredibus cessit.

74) *Domus de Sicuti* a Raymundo Berengero ultimo Barceionae Comite Tortosae in Arragonia ap. 1148 instituta postquam eorum virtute civitas haec a Maurorum obsidione liberata est. Pro signo acceperunt longam togam, in capite capucium, uti a Capucinis gestatur, ex quo carmasino-rubra set curis dependebat. Earum praerogativa in eo potissimum consistebat, quod ab omni contributione exemptae a morte maritorum suorum in omnibus praetiosis & mobilibus solae successerint, & in publicis solemnitatibus ipsis viris praeserverint.

75) O. E. SS. *Sepulchri Jerosolymitani* fabulosam praetendit antiquitatem Apostolis coevam, re ipsa institutus est circa annum 1117. vota habet castitatis, obedientiae, & defensionis sepulchri, & Religionis Christi, obligationem tamen etiam Eleemosynas colligendi in subsidium redimendorum captivorum ab infidelibus. Principalem sedem habebat Perusii in Italia & anno 1484. ab Innocentio VIII. Ordini Joannitarum incorporatus, ab Alexandro VI. tamen, an. 1496. iterum separatus fuerat se Magnum eius Magistrum, Guardianum autem Ord. S. Franc. Conventualium Generalem suum Vicarium fecit, cui potestatem vel per se, vel per

Commissarios Equites recipiendi dedit. Gerebant illi album habitum & in pectore rubram crucem quaternis aliis concoloribus circumdatam, ut adeo earum quinque totidem vulnera Crucifixi Salvatoris indicare potuerint. Henricus II. Angliae Rex sive hunc ipsum adoptaverit, sive alium instituerit circa annum 1164. vel ut alii volunt 1174. probe eundem dotaverat, & volebat singulum Equitem duobus annis ad custodiam sepulchri Jerosolymis exigere, sed & hic evanuit.

76) O. E. *Seraphici* a Magno II. Sveciae Rege anno 1334. institutus a Carolo IX. cum Religione Catholica exactus est. Fridericus I. Rex vel hunc restituit, vel novum anno 1748. instituit, qui hodieque in summo flore permanet.

77) O. E. *Silentii* alias *Lafignans* dictus in Cypro circa an. 1195. contra incursiones Saracenorum institutus, qui tamen occupata per Turcas Cypro cum flore maximo emarcuit. Forte ab O. E. *Gladii* non diversus.

78) O. E. *Squammarum* a Joanne II. Castellae Rege contra Mauros & Saracenos anno 1420. fundatus aut confirmatus a figura Squammarum ex quibus crux aurea Ordinis componebatur denominatus erat.

79) O. E. *de Stella* seu stellatorum a Roberto Pio Galliarum Rege an. 1022. in honorem B. V. M. institutus postremo vulgaribus militibus etiam collatus adeo evuluit ut Carolus VII. anno 1487. eundem penitus abolerit nec nisi Satraparum Praefecto gestandum contulerit. Ornatu illius fuit Toga a candida materia Damascena & in sinistro latere stella pentagona seu phrygia auroque picta, triplex item aurea rubro, & candido encausto tincta Catena, ex qua stella itidem aurea dependebat. Alter, an idem Ordo recensetur a Joanne Bono circa annum 1350.



1. 83, 94, 102, 103, 105, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145, 146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188, 189, 190, 191, 192, 193, 194, 195, 196, 197, 198, 199, 200

115, 213, 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 235, 236, 237, 238, 239, 240, 241, 242, 243, 244, 245, 246, 247, 248, 249, 250, 251, 252, 253, 254, 255, 256, 257, 258, 259, 260, 261, 262, 263, 264, 265, 266, 267, 268, 269, 270, 271, 272, 273, 274, 275, 276, 277, 278, 279, 280, 281, 282, 283, 284, 285, 286, 287, 288, 289, 290, 291, 292, 293, 294, 295, 296, 297, 298, 299, 300

II. 193. 204. 310. 241.

III. 1. 219. 216.

III. 2. 196. 103. 201. 358. 420.

IV. 1. 1. 27. 173. 313.

V. 3. 322.

VII. 4. 177. 234.

VII. 5. 1227.

IX. 7. 178



1175. III. Boléit, 1213. Velen  
erdője pörpölköt a templaimok hirtelen  
nyestek volna a 1/2 Bismontom.  
Chapal. m. Gungin, Eshingentun  
Budin (felhívás a Kelenfő) Szepes  
vissza, Ujindonon a Tolombon 2. é.  
Türk leand volna